



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Bucolicorum P. virgilii Maronis luculentissima ac  
familiaris vocabulorum explanatio**

**Vergilius Maro, Publius**

**Dauentrie, 1503**

Prohemium Jn. P. Virgilij. Maronis Bucolica: Hermanni torrentini  
commentarij

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70212](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70212)

## Prohemium

In. P. Virgilij Maronis Bucolica: Hermannus  
torrentini commentarij

p Vergilius Maro: latinorum poetarum facile princeps: na Virgilij nata  
tus fuit. Cu. Pompeio. M. Licinio Crasso primum consulio lis et patria,  
bus. idibus octobribus. in pago qui Andes appellatur non longe dis  
tans ab vrbē Mantua Parentes habuit modicos et rustice rei studio  
fos. ipse ramentū ingenij bonitate litterarumq; flagrantia clarus immo  
clarissimus euasit Augustoq; Cesari charus fuit Nam cum et latinis  
et grecis litteris apprime esset edoctus. ad poetice se contulit Adhuc  
et grecis litteris apprime esset edoctus. ad poetice se contulit Adhuc  
fere puer in balista latrone hoc distichō scripsit Note sub hoc lapidū  
regitur balista sepultus Nocte dieq; tuum carpe viator iter. Deinde a  
dolescens. Moretum Culicem et alia scripsit opuscula. Annos autez  
octo: viginti natus. Asinij. Pollionis hortatu bucolica scribere cepit  
triennoq; perfecit. Quorum scribendorum causa hec fuit Augustus  
Cesar agros. Cremonensium qui hostibus ipsius fauerant. militibus  
suis ceceat. Sed cum agri illi militibus non sufficerent. additi sunt  
sunt eis agri mantuani qui erant proximi. Vergilius itaq; suo quoq;  
priuatus agro Romam venit et interuentu pollionis et aliorum pro  
cerum. agrum suum recuperauit. quod in ecloga prima et alijs quibus  
dā locis aperte ostendit et Augusto gratias agit Bucolica vero interpre  
tantur pastoralia id est colloquia vel carmina pastorum. nam bucolos  
grece dicitur bouum pastor. vnde bucolicus id est pastoralis vel ad buco  
lum pertinens. Apud grecos bucolica scripsit Theocritus siculus  
quem Virgilius imitatus est et multa illius carmina in latinum tra  
duxit Diuiduntur autem bucolica in decem particularia carmina que  
vocantur eclogē. licet vulgo scribatur eglogē. sed Nestor nouariensis  
ostendit e non g debere esse secundam litteram. Ecloga interpretatur  
eloquium teste. Joanne Castrono Item cum tria sint genera dicen  
di siue scribendi auctore Tullio Humile vel tenue temperatum vel  
mediocre. grandiloquum vel sublime: Vergilius. aptissime vsus est  
his tribus generibus: Nam bucolica scripsit humili stilo prout exige  
bat materia. Georgica autem mediocri Eneada vero sublimi stilo com  
posuit A bucolicis igitur auspicianda poesis est. quod itali faciunt. as  
pud quos pueri bucolica ediscunt obidq; litterati atq; disertī iuue  
nes euadunt. In nostra vero barbarie perrarus est etiam proueci  
tus in philosophia qui bucolica teneat Immo quod indignius est:

Bucolica quid

Ecloga

multi nefas arbitrantur poesim legi. sine qua tamen nemo litteratus fieri. nemo prudens illos theologos intelligere potest Nos igitur ob adolescentum studiosorum qualemcunq; profectum. ista diuino freti fauore collegimus. ut quibus audiendi. Virgilij copia non datur: saltē legendi illius aliqua sit facultas. et ut per seipos vtcunq; intelligant quibus de est viuis interpres Nam his bucolicis (que principium poesicos sunt) intellectis et cognitis. facilius erit ad alia maiora progressio. Facessat igitur inuidia. silent emuli quibus vnus is labor est aliorum labores carpere cum ipsi nihil in medium afferant nisi forte alijs ablatum. et quod intolerabile scelus est. clam lectitant atq; discunt. quod palam vellicant atq; vituperant. Sed hos cum sua stulticia vel potius malicia relinquamus. indigni sunt enim de quibus verba fiant.



*Prima & hanc persona sicut se no explicat nisi ad  
corponis vel purphosib a et ita hinc emphatica hinc  
quasi dicit si amant de qd alijs denegatus  
et...*

*d. ambuso expum  
Damm sine letore  
Ego te ne noslerim*

*Aza Cay drez*

*Smbiere ungesen*

*Carico elogyt*

*vel studio flit*

*Vachno ztz zedey  
(elogyt)*